FRECHULFUS LEXOVIENSIS. HRABANUS MAURUS
Mitte 12. Jh. Seite 67r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36534
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

pari numero ostendere quomodo secundum exodum quinta generatione
egressis filiis israel de terra egipti. trib; tribu iude ordo numeretur iuda
genuit phares. phares genuit esrom. esrom genuit aram. aram genuit aminadab.
Aminadab genuit naason. naason genuit salmon. phares cum patre suo iuda
ingressus est egiptum. Naason principes trib; iuda in deserto discribere
cuius filius salmon terram repromissionis intrauit. Cum quinta a phares usque ad
naason. quinque sunt generationes. Vt tam et si non nulli ut in tribu leui
ostendum in esrom intrauit faciant. ad salmon usque pueniant. In
die illo pepigit dns cum abraham fedus dicens. Semini tuo dabo terram
hanc. a fluuio egipti usque ad flumen magnum eufratem. id est a flu HIER.
mine magno egipti hoc est nilo. si a paruo quod diuidit inter egiptum et
palestinam ubi est ciuitas rinacorura. Igitur sarai uxor abram non genuerat
liberos. sed habens ancillam egiptiam nomine agar. dixit marito suo. Ecce
conclusit me dns ne parere. ingredere ad ancillam meam. si forte saltem
ex illa suscipiam filios. Quomodo defendit abraham adulterium ALB.
nisi dum uiuente legitima uxore concubitum ancille suae. non quia nec dum
promulgata est unius uxoris euangelica lex. habebant quoque permissionem ad o
multiplicandum seminis sui. sed nec dum sciebant ex quo uxore. quia postea dictum est
ei de sara habere filium. Ita propter ea sic propagandi semen uoluntas pia fuit
quia concubendi uoluntas libidinosa non fuit. Et tamen sara plene quia dese habere
non potuit. de ancilla habere uoluit. consentiebat utique in
facto. quia utique sarai sterilem esse sciebat. Qui ingressus est ad eam. At
illa concipisse se uidens. despexit dominam suam. Dixit que sarai ad abram. Iniq;
agis contra me. ego dedi ancillam meam in sinum tuum. quidens quod concepit
despectum me habet. iudicet dns inter me et te. Cui respondens abraham
Ecce ait ancilla tua in manu tua est. utere ea ut libet. Affligente
eam sarai fugam iniit. Cum que inuenisset illam angelus dni iuxta fontem aquae
in solitudine quae est iuxta sur in deserto. dixit ad eam. Agar ancilla sarai. Vnde
uenis. quo uadis. Consequenter egiptum in uia sur quae est contra HIER.
duxit ad egiptum. ire egiptum festinabat. ubi eam angelus dni inuenit. Dixit que
ei angelus dni. Reuertere ad dominam tuam. humiliare sub manu ipsius.